

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Sacra Exequialia Quae Elegantissimo Puerulo Johanni Bolten/ Parata expetunt, Parentes moestissimi, Omnes omnium ordinum cives Academicos, quo par est studio, in aede Jacobaea ad medium primae invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74742165X>


Druck Freier  Zugang





Cothman, J.,
in **J. Bolten.**

R. 1639.

49







RECTOR

148.

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

*S. Theologiae Doctor &
Professor.*



AD

Sacra Exequialia

Quae

ELEGANTISSIMO PUERULO

JOHANNI

Bolten

Parata expetunt,

Parentes maestissimi,

Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos, quo par est studio, in aede Jacobæ
ad medium primæ invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

Anno M DC XXXIX.

JOHANNES GOTTMANN
Pflanzl. Anatomie
1791
Rostock
Verlag v. H. Neumann





RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor

& Professor.



Eri communi nostræ ma-
tri reddimus, & ad dormitoriū
usq; deduximus puerulum, vix
semestrem, hodie iusta facimus &
ultimum sepulturæ honorem conferimus ele-
gantissimo puellulo, annum & aliquot dies so-
lum nato, ut & hic commodè dici possit: muta-
tis personis, eadem agitur comœdia. Item: Ho-
die mihi, crās tibi. Dum vero in ipso ætatis flo-
re & vitæ ingressu mori videmus filiolos, quos
Scriptura Sacra certo respectu innocentes vo-
cat, non quidem facta peccati originalis con-
sideratione, illius enim æque participes sunt, ut
adulti; omnes namq; ab Adamo orti & ordina-
rio naturæ cursu in lucem editi, hæreditaria illa

Q 2

corru-

corruptione infecti sunt. Non hic Jeremias,
nec Maria, neq; Johannes, ut quibusdam pla-
cet pontificiorum, excipiuntur, sed solus ser-
uator *in a p a r t i a s* privilegium habet. Innocen-
tes autem dicuntur explicante B. Chemnitio in
Locis: quia non occidebantur ob perpetrata
scelera, ut latrones: sed in ea ætate, quæ non po-
test actione aliqua mereri civilem poenam. Cum
itaq; infantes peccatis crassis & externis caren-
tes, ideoq; hac consideratione innocentes, quo-
tidie mori videmus, insignem aliquam poenam
nobis adultis, propter peccata atrocia, quibus
quotidie Deum offendimus & elata manu pec-
camus, imminere cogitemus. Si illi è medio
tolluntur, ex quorum ore Deus sibi laudem
præparat, quiq; dicente Johanne in Epistola,
patrem agnoscunt, & in Christum credunt; li-
cet fidem illam propter organorum infirmita-
tem operibus externis, secundæ tabulæ proprijs
non exerant. Quid illis futurum cogitabimus,
qui omnibus suis actionibus id agunt, ut sese
singulis Decalogi præceptis opponant. Justus
certe Deus est & omnia judicia illius justa, hinc
beatulas illas animulas, ne communi invol-
vantur calamitati maturè hinc avocat, ut & in
illis impleatur quod dictum per Prophetam :
Age

Age popule mi intra in conclavia tua, & oc-
clude fores tuas tibi: latita quasi exiguo mo-
mento donec præterierit indignatio. Nam ec-
ce Jehova proditurus est è loco suo, ad animad-
vertendum iniquitatem habitatoris terræ in
eum, & reteget terra cædes suas neq; obteget
ultra interfectos suos. Illud considerabunt
mœstissimi parentes, inopinato hoc casu con-
sternati. Fatemur equidem si majores defun-
ctuli nostri consideraverimus, quod omnia bo-
na nobis, si vixisset, de illo promiserimus. Pa-
trem enim habuit **JOHANNEM Volten** Sena-
torem urbis hujus prudentissimum. Matrem
verò **MARGARETAM Martens** foeminam le-
tissimam. Avus paternus fuit **JOACHIMUS**
Volte/ civis & negotiator civitatis hujus pri-
marius. Avia paterna **ANNA Schulzen** matro-
na honestissima, viri prudentissimi & multo-
rerum usu exercitati **DN. JACOBI CRULLII**
Senatoris hujus Reipubl, meritissimi & Came-
rarij spectatissimi soror. Avus Maternus **CON-**
RAD Martens/ civis honestus & negotiator
industrius. Avia Materna **Engel Farbers** foemi-
na honestissima. Hisce defunctus noster paren-
tibus & majoribus Anno præterito 1638. 9. Junij
in hanc lucem prodijt, & mœstos nunc paren-
tes


tes non leviter natiuitate exhilaravit, quamvis
ut sunt humana omnia, gaudium illud non fue-
rit diuturnum, utpote quod tristitia statim ex-
cepit. Ante quadriduum enim qui fuit dies 18.
mensis currentis subitaneo morbo defunctus
noster correptus fuit, qui tanta vehementia
tenellum corpus huic violentiæ resistere nes-
cium adortus, ut 20. Julij præter omnem pa-
rentum expectationem, morbo in apople-
xiam degenerante paulò ante sextam matuti-
nam, placidè pièq; in domino obdormierit.
Vos moestissimi parentes, quia denatum hunc
filiolum Christo per Sacramentum regenera-
tionis adduxistis, ut hinc de æterna ipsius sa-
lute dubitandum vobis nulla ratione sit, mo-
dum luctui ponite. Considerate præsentia,
tempora tristissima, & simul expendite gau-
dium quod morte defunctus vester filiulus ade-
ptus est. Nolite esse invidi erga filium mor-
tuum, utpote qui vivo bene cupivistis. Equi-
dem quis vobis parentibus vitio verteret si de-
bita adhibita moderatione filium hunc uni-
cum proindeq; charissimum lugeatis. Morte
enim privati estis illo, qui imago fuit animo-
rum, ac simulacrum ingeniorum vestrorum,
portio cordis, membrum corporis, sanguis de
sanguini.


sanguine, caro de carne veltra. Tobia junioris mater, filium ob impletos itineris suscepti dies perijisse rata, acerbis eundem prosequitur lacrymis, eheu, inquit, poenitet me filii, quod dimiserim te, lucem oculorum meorum. Et licet à marito Tobia seniore, ne hunc in modum loca questibus impleret admoneretur, superavit tamen vis amoris mandatum mariti, dum quotidie in viam qua filius abiens discesserat, planctum suum ingeminavit: perijt puer meus. Idemque tanta vehementia, ut interdum cibum non sumperit, & noctes integras lamentari filium Tobiam non desierit. Quod si id factum in filio cui adversi quid obtigisse aut morbo detentum, aut in agone mortis constitutum, ob profectionis moram tantum conjectura assequeretur mater. Quis parentibus vitio verteret, si morte charissimorum pignorum contristarentur, si modò luctui modus sit; norunt enim charissima tori pignora non amissa, sed in æternam beatitudinem, calamitatum quibus in hac vita premimur nesciam præmissa. Quia autem Spiritus redijt ad illum qui dedit eundem, constituerunt moellissimi parentes corporis relictæ exuvijs debitum exhibere sepulcræ honorem. Quapropterrogant Cives Academicos


demicos, ut ad leniendum dolorem, & con-
standam condolentiam funeris deductionem
frequentiori præsentia exornare velitis. Facie-
tis parenti quondam ordinis nostri alumno
rem gratam. Ego verò ut idem faciatis qua
par est diligentia hortor & moneo. Fiet au-
tem conventus in æde Jacobæa ad horam me-
diam primam pomeridianam P.P. Rostochij
Sub Sigillo Universitatis 22. Jul.

Anno 1639.











sanguine, caro de carne veltra.
 ris mater, filium ob impletos ita
 dies perijisse rata, acerbis eundem
 lacrymis, eheu, inquit, poenitet me
 miserim te, lucem oculorum meo
 cet à marito Tobia seniore, ne hun
 loca questibus impletet admonet
 vit tamen vis amoris mandatum
 quotidie in viam qua filius abien
 planctum suum ingeminavit: perij
 Idq; tanta vehementia, ut interdum
 sumperit, & noctes integras lam
 Tobiam non deserit. Quod si id
 lio cui adversi quid obtigisse aut
 tum, aut in agone mortis constitu
 fectionis moram tantum coniect
 batur mater. Quis parentibus vit
 morte charissimorum pignorum
 tur, si modò luctui modus sit; i
 charissima tori pignora non amissa
 nam beatitudinem, calamitatu
 hac vita premimur nesciam premi
 autem Spiritus redijt ad illum qu
 dem, constituerunt moestissimi p
 poris relictæ exuvijs debitum exhi
 ra honorem, Quapropter rogat

